

2145

ASCETICI.

2146

DLXII.

152 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 160. f. bene scriptus et rubricis distinctus continet *Summam Collectionum* five *Communiloquium Johannis Guallensis, Galensis, Valleis, Waleys, Angli Wigorniensis* O. M. Scriptoris Sec. XIII. et Praeceptoris conterranei sui *Johannis Duns* s. *Scoti*, qui tamen in Codice non nominatur. Opus in VII. Partes tribuitur. Praefationis initium est: *Cum doctor siue predicator sapientissimis et insipientibus debitor sit &c.* Ait in hac Praef. *Quia non omnibus predicantibus conuenit inspicere et perscrutari multa volumina predicatorum doctorum collegimus in hoc tractatu siue collectione que potest dici summa collectionum siue commune loquium quedam generalia ad instructionem hominum secundum veritatem (uarietatem?) suorum statuum. Et hoc non solum de libris diuinorum doctorum Sed etiam ex libris gentilium philosophorum &c.* Id, quod exemplo *Pauli, Hieronymi* et *Augustini* tuetur, et gnauiter praefat, ut adeo non mirer, eum, *Tritbemio* teste, *Parisis*, ubi docuerat, *Arborem Vitae* appellatum fuisse. Agit de eo praeterea *Caveus, Oudinus, Fabricius* et *Tannerus* in *Bibl. Brit. Hib. lit. J. p. 434.* Opus jam Sec. XV. typis proculsum est s. l. et a. f. quae editio ad *Job. Zeiner* impressorem *Ulmensem* pertinere videtur; *Augustae* per *Ant. Sorg.* 1475. f. item, ut

ex phrasi subscriptionis videtur, 1481. per eund. f. *Venetiis* per *Georg. Arrivabene* 1496. 8. et *Argent.* 1489. f.

DLXIII.

238 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 212. f. duabus columnis nitide exaratus et rubricis distinctus hanc in Theca anteriore praefert notam: *Egregius pater sacre Theologie ac arcium liberalium doctor preclarus. ecclesie s. stephani wienne decanus atque canonicus meritis. magister paulus de melico. collegij ducalis librerie hunc librum testatus est. cuius anima precibus vtentium commendatur.* Complectitur vero: I. *Johannis Guallensis, s. Galensis s. de Valleis* O. M. Angli *Summam Collectionum* dictam alias *Communiloquium, s. Margaritam Doctorum* s. *Summam Collationum de regimine vitae humanae*, de quo Opere abunde diximus ad Cod. anteced. Praeunt tamen hic *Summaria* omnium VII. Partium, quae ibi desunt, et incipiunt: *Cum Collectionis huius que potest dici summa collectionum sint septem partes &c.* Finit Opus: et *utiliora saluatoris gratia illuminante studeant inuenire.*

II. fol. 169. Excerpta, ut inscribuntur: *Ex vitis Patrum.* Narratiunculae de dictis et factis antiquorum *Eremicolarum*, singulae titulis miniatis, quam virtutem doceant. Prima sine titulo incipit: *Quidam frater requisivit abbatem Heliam dicens: Si contristauero*